



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De dignitate elocutionis, & definitione figuræ. Capvt XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

timo loco ponendum præscribunt.  
Nam polysyllaba nomina verbis ininis simplicibus sunt ornatiora.

Decimoquinto, verbum substantivum Est, recte initio post aliam dictionem ponitur, ut apud Cic. sapè. Ea est enim, &c.

Decimosexto, Sum verbum præcedente comparatiuo, aut superlatiivo, eleganter finem orationis occupat, ut Tuscul. 2. num. 69. nulum theatrum. virtuti conscientia maius est.

Decimosseptimo, Infinitum passivum verbi vsitatus, quam activi cum verbo componitur. In pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest: Quintil. Et Cic. pro Milone; Insidiatori vero quæ potest inferri iniusta nex.

Præsentis temporis verbum, quam præteriti in historia, fabulæ narranda, elegantius dicitur.

Decimo octavo, adverbia adiectivis nominibus, aut adverbis adiectivis nominibus factis postponuntur, aut si præonantur in medio, aliquid non ineleganter ponitur, ut: Stylus intermissione paulum admodum de celeritate perdit: Quintil. Cicero, Muldo tamen pauciores oratores, quam boni poetæ inveniuntur.

*Coniunctio, & articuli periodi.*

Decimonono, Coniunctiones frequentissimæ periodorum faciunt initium, & orationis corpus, veluti quibusdam aureis catenulis vinciunt.

Vsitatiora sunt ista: Ac illud quidem, ac mea quidem sententia, Neque vero, iam vero, Sed etiam, Et si, Quamobrem, Itaque, Ut enim quisque, Quinetiam, Verum ego, Verum enimvero, Num igitur, &c.

*In adverbis.*

Nunquam mehercule, Primum, Deinde, Nunc autem, &c.

*In Pronominibus.*

Quis enim, Quis autem, Quod quidem, Quidquod, Hoc enim, hoc profecto,

Hæc autem omnia, Quibus de causis, Illud profecto,

Ego vero, Mihi vero.

(?)

*De dignitate elocutionis, & definitione figuræ.*

CAPVT XVI.

Restat tertia, eaque nobilissima pars elocutionis *Dignitas*, quæ tota confurgit ex figuris. De quibus nunc plenius agendum videtur.

Atque, ut id maiori fiat perspicuitate, primum varia figurarum nomina, & exempla ex veteribus, Hermogene, Longino, Aquila, Rutilio Lupo, Rufiniano, & cæteris, ordine alphabetico subiiciam. Mox de usu, & accommodatione dicam. Tertio earundem partem, seu permixtionem, & variam in varijs authoribus, & stylis tractationem breviter ostendam. Nota porro, figurarum nomine tropus etiam vulgo contineri: quanquam, si proprie, & signanter loquamur, *Ὁ μὲν τροπος* περιέν ὄνομα γινέται ἀρετῆ, τὸ ἡσχίμα

περι πλείω ὀνόματος κῶσμησις; ut declarat Alexander Rhetor de figuris: Tropus est virtus in vno duntaxat verbo; figura, lumen, & ornatus in pluribus. Accedit, quod tropus immutatis à propria significatione verbis fiat, ἀλλότριον ἀπὲ τῶ ἰδίου ὄνομα ἔχει; figura vero propria retinet rei significationem, τὸ ἴδιον ὄνομα τῶ πράγματι σῶζει. Deinde alia est figura dictionis, quæ fit duntaxat in verbis, quibus immutatis ipsa dissolvitur. Talis est allusio; non enim, si δουλέειν, & βαλέειν alludunt apud Græcos, latine eandem vim retinent. Figura autem sententiæ, cum in sensu, & notionibus mentis sit constituta, verbis etiam immutatis non tollitur.

Definitur ab eodem Alexandro figura *Ἡ ἀλλάξις λόγων ἐπὶ τὸ κρείττον, Μυστικὴ οἰωνοῦ ἢ ἀποφάνει*, hoc est, ornatior quædam forma dicendi. Cecilius Calendites eandem sic definit, *Ἦτα ὁ εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν. Μολον, μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν ἢ λύπην τῆν ἀκούειν.*

Alexand. Rhetor. Græc. p. 174.

*Nomenclatura figurarum, ordine alphabetico.*

Ex antiquis Rhetoribus expressa.